



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 vtrum sit licitum, quòd aliquis sit sollicitus in futurum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



mo, propter maiora beneficia homini praestita diuinitus praeter suam sollicitudinem. scilicet corpus, & anima. Secundo, propter subventionem, qua Deus animalibus, & plantis subuenit absque opere humano, secundum proportionem suae naturae. Tertio, ex diuina providentia, propter cuius ignorantiam Gentiles circa temporalia bona quaerunt a principalibus sollicitudine: & ideo concluditur, quod principaliter nostra sollicitudo esse debet de spiritualibus bonis, sperantes quod temporalia nobis pueniant ad necessitatem, si fecerimus quod debemus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod temporalia bona subiecta sunt homini, ut eis utatur ad necessitatem, non ut in eis sine cesset, & superflue circa ea sollicitetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod sollicitudo eius, quae corporali labore panem acquirat, non est superflua, si sit moderata: & ideo Hieronymus dicit quod labor exercendus est, sollicitudo tollenda, superflua. animam inquietans.

AD TERTIUM dicendum, quod sollicitudo temporalium in operibus misericordiae ordinatur ad finem charitatis: & ideo non est illicita, nisi sit superflua.

ARTICVLVS VII.

Utrum quis debeat esse sollicitus futurorum.

Super Quaestione quae supra in quaestione articulum septimum.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod aliquis debeat sollicitus esse futurorum. Dicitur enim Proverbia 6. Vade ad formicam & peger, & considera vias eius, & discere sapientiam, quae cum non habeat ducem, nec praecceptorem, parat in estate cibum sibi, & congregat in messe quod comedit: sed hoc est in futurum sollicitari. ergo laudabilis est sollicitudo futurorum.

¶ 12 Praet. Sollicitudo ad prudentiam pertinet: sed prudentia praecipue est futurorum. praecipua enim pars eius est prudentia futurorum, ut supra dictum est. ergo virtuosum est sollicitari de futuris.

¶ 13 Praet. Quicumque reponit aliquid in posterum conseruandum, sollicitus est in futuro: sed ipse Christus legit Io. 12. loculos habuisse ad aliquid conseruandum, quos Iudas deferebat. Apostoli etiam conseruabant praedicationem, quae ante pedes eorum ponebatur, ut legitur Act. 4. ergo licitum est futurum sollicitari.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 6. Nolite solliciti esse in crastinum. Cras autem tibi ponitur pro futuro, sicut dicit Hieronymus.

RESPON. Dicendum, quod nullum opus potest esse uirtuosum, nisi debeat circumstantiis uestiatur, inter quas una est debitum tempus, secundum illud Eccl. 8. Omni negotio tempus est opportunitas: quod non solum in exterioribus operibus, sed et in interiori sollicitudine locum habet. Vnicuique enim tempore competit propria sollicitudo, sicut temporibus aetatis competit sollicitudo mercedi: ipsi autem tempore competit sollicitudo uindemiae. Si quis ergo tempore aetatis de uindemia iam esset sollicitus, superflue praecuperet futuri temporis sollicitudinem, unde huiusmodi sollicitudinem tanquam superfluum Dominus prohibet, dicens. Nolite solliciti esse in crastinum. Unde subdit: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse, id est, suam propriam sollicitudinem habebit, quae sufficiens ad animum assigendum. & hoc est, quod subdit: Sufficit

Adici malitia sua, id est, afflictio sollicitudinis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod formica habet sollicitudinem congruam temporis: & hoc nobis imitandum proponitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod ad prudentiam pertinet prudentia debita futurorum. Esset autem inordinata futurorum prudentia, uel sollicitudo, si quis temporalia, in quibus dicitur praeteritum, & futurum tanquam fines, quaereret, uel si superflua quaereret ultra praesentis uitae necessitatem, uel si tempus sollicitudinis praecuperet.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Augustinus dicit in li. de ser. Dom. in mon. Cum uiderimus aliquem seruum Dei prouidere, ne ista necessaria sibi defint, non iudicemus eum de crastino sollicitum esse: nam & ipse Dominus propter exemplum loculos habere dignatus est, & in Actibus Apostolorum scriptum est, ea quae ad uictum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famem. non ergo dominus improbat, si quis humano more ista procurat: sed si quis propter ista non militet Deo.

ARTICVLVS VIII.

Utrum huiusmodi uitia oriuntur ex auaritia.

Super quaestione quae supra in quaestione articulum octauum.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod huiusmodi uitia non oriuntur ex auaritia. Quia sicut dictum est, per luxuriam maxime ratio patitur defectum in sua rectitudine: sed huiusmodi uitia opponuntur rationi rectae, scilicet prudentiae: ergo huiusmodi uitia maxime ex luxuria oriuntur, praeterquam cum Philosophus dicat in 7. Ethic. Quod Venus est dolosa, & eius corrigia est varia, & quod ex insidiis agit incontinentes concupiscentiae.

¶ 3 Praet. Praedicta uitia habent quaedam similitudinem prudentiae, ut dictum est: sed ad prudentiam cum sit in ratione, maiorem propinquitatem habere uidentur uitia magis spiritualia, uel superbia, & inanis gloria: ergo huiusmodi uitia magis uidentur ex superbia oriri, quam ex auaritia.

¶ 3 Praet. Homo in insidiis utitur non solum in diripiendis bonis alienis: sed etiam in machinando aliorum caedes, quorum primum pertinet ad auaritiam, secundum ad iram: sed in insidiis uti pertinet ad astutiam, dolum, & fraudem: ergo praedicta uitia non solum oriuntur ex auaritia, sed et ex ira.

SED CONTRA est, quod Gregorius 31. Moral. ponit fraudem filiam auaritiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, prudentia carnis, & astutia cum dolo & fraude, quando am similitudinem habent cum prudentia in aliquo usu rationis. Praecipue autem inter alias uirtutes morales usus rationis rectae apparet in iustitia, quae est in appetitu rationali: & ideo usus rationis in debitu etiam maxime apparet in uitis oppositis iustitiae. Oponeitur autem sibi maxime ex auaritia & ideo praedicta uitia maxime ex auaritia oriuntur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod luxuria a propter uehementiam delectationis, & concupiscentiae tota

Li. 3. art. 26. in prin. co. 4.

Inf. q. 118. art. 7. & 8. & 2. di. 42. q. 2. & 3. Et Mal. q. 13. art. 3. q. 33. art. 6.

Lib. 7. Ethic. c. 6. circa medium. lcc. 6.

q. 47. art. 53. & in dist. 6. ne. q. 53. & 55.

Super

Li. 31. Moral. ca. 31. a med. Art. 7. huius quest. & q. 47. art. 13.

D. 438.

Secunda secunda S. Thomae. R. 2. lxxx